ngruè cum publica imperij voluntate & potestate unà cum Capitulis illa ex-
ncta non supererant talia, in secularem sortem mutata, Regno in feudum si-

 mul

mul cessa. Quæ de causâ ArchiEpiscopatus ad peculiares tractatus remi-
tenda placuerunt, ultrò admissa sunt. Quod per illius temporis pro belli &
pace difficillimas occupationes mora duorum mensium intercesserit, quod e-
iam literæ Salviconductus pro legatis amici tunc Principis, non quod falsò af-
seritur, negatæ, sed supervacaneæ visæ sint, tam mirum non erit negociorum
peritis, quàm inscitè talia nunc exprobrantur. Successus autem negocio a-
fuit, tum ex facto & neglectu eorum, quæ fieri & non omitti oportebat, tum ex
incidentibus, quæ statum causæ mutabant. Cum à parte Principis mitti e
conveniret, qui super restitutione tractarent, venerunt Holmiam ad Aulam
Regiam, qui non attentâ occupationis quæstusq; bellici justitiâ velut de in-
riâ quererentur & ut sua reposcerent; cui Dominus Regni Cancellarius ti-
lum & conditionem, cum quâ ab ArchiEpiscopo acceptæ terræ, causam mul-
tumq; unde amissæ, modum sic postulandi incongruum, rationem talibus non
annuendi justam non potuit non opponere, minimè aliquo ludibrio aut ve-
borum vanitate, sed rationum pondere, prout negocij necessitas & postulanti-
um importunitas exigebat. Præterea Legati mandatum saltem ad exigendum
non ad tractandum negocio isti planè impar, adeoq; & pactis non convenie ns
afferebant. Nec enim restitutio, sed tractatus his continetur. Quando ic
cum istis non inire, nedum concludere vacabat, oportuit suspendi negocium.
Fatentur autem Dani, quantis benevolentiæ testimoniis omnia acta, quam-
mica oblata sunt. Simulata fuisse inanibus vocibus arguunt. Effectus defuit ex
illorum defectu & falsa persvasione, quasi contra verba pacti sine contractu-
ne ulla conditione, sine satisfactione restitutio fieri deberet. Frustra ad tr-
ctandum seposita & ad alias negociationes dilata esset, si tam abruptè, tam p-
cisè, tam cœco impetu esset facienda. Agnovit errorem Rex Daniæ Christi-
nus IV. offerens postea alium tractandi modum locumq;, (16.) sed sò
nimis, nec rebus in eodem statu amplius existentibus, sicut responso Sereni-
mæ Reginæ (17.) declaratum fuit. Agi interea Osnabruggis & Mo-
sterii sub tractatu pacis Germanicæ cæperat de ijs terris, & quia Germani i
imperij portio, & quia causa ad ejusdem pacem pertinebat. Aliud porrò i-
cidit non leve ad mutationem tractatus momentum. Ex armistitio ante pacem
Bremsbroæ publicatam cum Campiduce Koningsmarck, qua Bremensem
terram inito, præsidium Principis in Verda Bremensi sub certis legibus r-
nebat. Conventione ista Reginæ Sveciæ quieta de cætero ab omni hostilite
& periculis totius provinciæ possessio, Principi usq; ad compositionem, il-
tem locus ille relictus erat, sub conditione cuncta in præsenti statu servan,

ultr

ſtraq; annonam & pecuniam conventam & præbitam, innocenter & ſine in-
dijs degendi. Cum verò adverſus hæc ex illo in loca provinciæ tranſiretur,
xactionibus & inſolentijs militaribus incolæ gravarentur, itinera prædis in
hercatores actis intuta redderentur, tranſitus ſimilisq; favor Cæſareo tunc
oſtili militi concederetur, Svecico negaretur, hominum & bellicorum appa-
atuum augmento arx in præjudicium pactorum & periculum vicinitatis ma-
is firmaretur, neceſſitas hæc auſa coercendi Dn. Comitem Koningsmarck
ompulit etiam non exſpectato juſſu Regio per arcis occupationem caſtigare
idem violatam & prævenire imminens gravius diſcrimen. Evenit interea, ut
er Imperatorem Ordinesq; Imperij inter concluſa pacificationis Germaniæ
ro ſatisfactione Regno Sveciæ debita offerrentur Bremenſis & Verdana di-
iones, caſſato in ijs charactere Eccleſiaſtico, reductis ad ſecularia jura terris,
mpreſſisq; Ducatuum titulis. Nec modò conceſſæ, ſed & per Guarantiæ ſti-
pulationem ſecuritas ſervandi defendendique addita eſt; Cauſa inde Imperij
Romano Germanici eſt, quam nunc Rex Daniæ impugnat. Relinquimus Cæ-
ſaris Ordinumq; vindictæ, quatenus illorum acta publica impugnat, fidem, po-
teſtatem, decus ſugillat, patientiam tentat. Freta interim eſt Svecia cum Im-
perij publica autoritate, tum fidei adverſus evictionum pericula datæ ſancti-
monia, tum deniq; deſiderii notoria & apud neminem ſanum applauſum reper-
tura inconvenientia. Vituperatur, quod illæ terræ ſint exactæ, quod acceptæ,
quod redhoſtimento non penſatæ. At exigere opus non fuit, cum jam belli
jure tenerentur; retineri poterant, cum ſponte offerrentur. Inter acta de ſatis-
faciendi medijs Legatio Svecica terras occupatas, ut pro fine iſto in tractatus
venire poſſent, nominavit; at ita, ut æquitatem ſtatim declararet, pro regno
non omnes peti, quasdam ex iis his, quorum eſſet in iſtarum aliquam fortè præ-
tenſio, ad avertendas paci obſtituras contentiones deſtinari, ut & ab ijs pleræq;
& longè potiores ac Svecico Regno ſunt quæſitæ. Ex iis obtulit conſenſus atq;
voluntas Imperatoris & Imperii terram Bremenſem & Verdenſem in Duca-
tum, quam oblationem fatentur literæ Parentis Chriſtiani IV. in quibus de
Cæſaris Ordinumq; facto queritur nihil eo nomine Svecis imputato. Re-
ceperunt hi jure, poſtquam tam Auguſtum publicum judicium cedi poſſe &
debere ſtatuit, refragari ijs placitis Sveciæ non fuit, nec ſine pacis noxia remo-
ra licuit. Nec ab ArchiEpiſcopo tunc ad præfatos Tractatus ablegatus
Cancellarius tam reſtitit ceſſioni, quàm compenſationem deſideravit,
quod intelligeret pro ea, quam publicis ſcriptis tradidit doctrina,
tam Imperij poteſtatem & pro pacis recuperatione manifeſtam

ceſſionis

ceſſionis utilitatem non poſſe ſine ſacrilegio diſputari; Domino v. ſuo ibi proximè ſperata in Regno ſucceſſione pro non niſi ad vitam duraturo beneficio Eccleſiaſtico utilius fore perpetuum æquivalens. Idem ſi verum fieri velit, dicet quam pro hujus conſecutione Svecica Legatio ad tale officium non aſtricta præter debitum non modò non adverſa ſed conſilijs, ſvaſu, ope apud Imperij ſtatus operoſa fuerit, quo ſatisfieret. Accepiſſet etiam, ſi vel ArchiEpiſcopus circa id tempus corona Daniæ potitus, à cauſa, ut ex deſiderio ordinum debuit, non deſtitiſſet, vel ſi æqua in deſiderium tuliſſet. At cum Legatus illius magna & multa exigeret, conventus imperij vel nulla vel tanta non deberi putaret, finem fecit tractatibus ſeu Domini ut quidam dixerunt pecuniariam ſatisfactionem ſpernentis voluntate ſeu ſua impatientia, & præcoci diſceſſu. Si quod verò fuiſſet repenſandi debitum, non Sveciæ Regno, ſed Imperio Romano Germanico incubuiſſet, ideò nulla exinde in iſtud, ſed contra hoc litem foret actio. At quid opus hæc prolixius narrare, poſtquam juſta non modò acquiſitio, ſed & multiplex Daniæ Regis comprobatio conſtat. Et publicatam pacem cum per literas tum per nuncium Sereniſſimæ Reginæ de illius reductæ & parti ditionum incrementi felicitate & gloria amiciſſimè gratulatus eſt, nihil ultra querens, repetens aut proteſtans. (18.) Mox propoſuit per eundem quædam de debitis, queis ſibi & Joſiæ Ranzoven Ordinis Ducatus obſtrictos putabat, à Regina velut Duce Bremenſi juſtitiam adverſus illos exigens. Cum Capitulum Hamburgenſe portio Ducatus per Deputatos ſuorum jurium conſiſtentiam & robur apud Iſtam rogarent, literas commendatitias velut in cauſa à ſe aliena, &, quæ ad arbitrium S. Regiæ Majeſtatis pertineret, ſcripſit. Titulos Ducis Bremenſis & Verdenſis Regibus Sveciæ ex eo tempore tribuit, quæ eoſdem continebant, ſine ullo mentis ad contradictionem intentæ, nedum cautionis inter magnates in talibus adhiberi ſolitæ argumento recepit. Et quod notari meretur, dum de bello adverſus Regiam Majeſtatem Sveciæ deliberatum, imò ferè concluſum in diplomatibus mandatorum, quæ ad reinchoatos tractatus ab iſta Rex Daniæ recepit & viciſſim ſuis Commiſſarijs dedit iſtos non paſſus modò eſt, ſed & tribuit, ut appareat aut ex eo nihil tunc juris Fecialis cauſæq; aut quod aſſumptum bello recentius eſſe. Cum in Comitijs Ratisbonenſibus pax & cum ea ceſſio iſta publicæ Imperij conſtitutioni legis fundamentalis inſtar insereretur, affuêre & ſubſcripſere illius ad ea Legati, tum quem miſerat, ut Rex in numero Comitum ſubſcribens, tum qui ut à Duce Holſatiæ venerat, conſentientes, approbantes, nihil contra vel muſſitantes. Nec in ijsdem ſeſſioni ac voto nomine Ducatus

Bremenſ

Bremensis & Verdensis obtento, sicut nec ante in Circulari consultatione Luneburgensi, quidquam unde displicentia appareret, oppositum. Imò cum Anno 1654. S. Reg. Majestatis ut Ducis Bremensis nomine conscriberetur, dirigeretur & concluderetur Brunovici Circuli inferioris Saxoniæ conventus, Rex Daniæ ut Dux Holsatiæ â S. R. Majestate invitatus per Legatum comparuit, nihil actibus aut juribus Regiis oblocutus, directorio, quæ oportet, officiis tam in adventu per curialia, credentialium & mandati oblationem quam inter deliberationes exhibitis. Quando de civitatis Bremensis immediatè in Aula Imperiali iteraretur controversia ipsi ut ArchiEpiscopo olim mota, petito ab ipso rei gestæ testimonio autographum diplomatis Imperialis isti oppositi velut Duci Bremensi communicavit. Nempe non modò non potuit per obsequium velut à constatu Imperij debitum paci & legibus reluctari, sed nec ut Rex Daniæ (nec enim huic regno juris quidquam in istas terras fuit) debuit. Dicitur quoq; nec sine fide, inter conditiones delati Regni Ordines Danicos exegisse, ut deponeret memoriam & prætensiones de ijs, quæ ArchiEpiscopatum Bremensem & Verdensem concernebant, adeoq; & satisfactionem aliquam ultra non peteret, nec nisi prævià hujus acceptatione impositam fuisse coronam. Verosimile idem faciunt cum alia plura tum & literæ Senatus Regni Danici ad Sereniss. Reginam Sveciæ die 13. Aprilis Anni 1648. cum diu cessio istarum terrarum oblata, approbata, facta, in tabulas redacta, vulgata erat, exaratæ, queis inclusionem sub pace petebat, mentione tunc inter belli causas prolati desiderii nullâ nedum contradictione facta. (19.) Et cum ad hæc petita ista fieret, eò iniquius paci inclusus Rex actum ejus improbat. Quomodo de ArchiEpiscopatu Bremensi & Verdensi recocta paci in Germania sancitæ, sic Bremsbroæ publicatæ, quod de duabus Parochiis Irne & Zerne sequitur repugnat: Perspicua hujus verba in Artic. 25. factam (20.) pro satisfactione cessionem Jemptiæ cum vicinis locis Herrendalen dictis, sic definiunt, ut ex his quidquid citra montem Fiolles, qui Sveciam & Norwegiam dividit, ad latus Svecicum situm, sub ista contineretur. Quando itaq; prænominatæ binæ Parochiæ intra definitum limitem ad latus Sveciæ sitæ sunt, jure meritoq; retentæ & possessæ fuerunt. Superest tertia adhuc in manibus Danorum juxta tenorem istius definitionis restituenda, justioris querelæ materia. Post biennii quietam possessionem movit litem Holmiæ Residens Danicus ex obtentu non expressæ istarum nominationis, quasi ejus vicem & vim non haberet tam evidens verbis par demonstratio, congressum in re præsenti desiderans. Impetratum id facilè à Regina pacis studiosissimâ & resolutione

Regia die 26. Octob. Anno 1648. redditâ dictus isti dies mensis Julii tertius
(21.) Idemq; literis Regiis Holmiæ die 26. Maji anni sequentis datis ipsi Re
gi nominatim significatus fuit. (22.) Profecti maturè satis ad locum Svecic
Commissarij die 27. Junij ex loco vicino Danicis præsentiam & colloquend
propositum intimant. At diu nihil, posteà hoc responsi ex Christiania die 20
Julij Anno 1649. recipiunt, istos die 3. Junij, non tamen dicto aut convento
ad colloquium fuisse paratos, jam citra speciale mandatum non posse se siste-
re. (23.) In consideratione Residentis seu eorum, quorum fuit Commissio-
nem decernere, an socordiâ Commissariorum factum sit, an fortè & pœniten
tia non fundati desiderij ex metu justioris de aliâ Parochiâ adhuc reddendâ pe
titi subierit, non constat. Id certum errore & culpâ Danicâ factum, in quo s
delusos fuisse malè objicitur. Ejus conscij patienter susceperunt exprobratio-
nem tantæ negligentiæ per Residentem Svecicum in Aula Danica factam, cum
quâ ex fiduciâ juris conjuncta fuit oblatio alterius eam ob causam conventus
Quem Cancellarius Daniæ Christian. Thomasen recusavit congressu dignum
non reputans, quod jam cruenti belli prætextus fit.

Succedit inter incusationes Danicas allegatio gravaminum ex fraudati
vectigalibus. Quæ tamen ipsâ narratione Ministros & subditos saltem con
cernit. Quomodo indè Sacr. Regia Majestas Regnumq; Sveciæ pro belli cau
sa fiat obnoxia, nec additur nec apparet. Communi gentium consensu & ra-
tione, illorum facta ab ipsismet, si peccatum demonstrabitur, luenda non ob-
stringunt Reges, nedum adversus eos bellandi justitiam causant, nisi cum apud
eos accusatio, probatio, juris imploratio, at post hæc denegatio processerit,
quorum nec vel levissimum exprimunt. Mota quidem semel est querela apud
Sac. Regiam Majestatem Sveciæ sub Imperij auspicijs, cum ad bellum Poloni-
cum in procinctu staret, at simul citoq;, quod decebat, factum est, ut nihil ul-
tra tunc desideratum sit; Interdicta enim, ut suprà recensuimus, talia subditis,
injuncta his severè pactorum observatio: Residenti cura, inspectio nec non eo-
rum, quæ liquida erant, emendatio: oblata simul in ijs, quę altioris indaginis
essent justa & consveta discussionis & compositionis remedia. Quid verò præ-
ter hæc desiderari posset? Post hæc siluit ista, donec pacis servandæ fœderisq;
jungendi intentio simulari potuit; Ex quo animus ad arma ac discordias incli-
nans, prominuit, ne exerendi causæ deessent, gravamina ingeminari cœperunt.
At parata fuerunt omnia, quæ cum æquitatis specie postulari poterant. Cum
pacta Regnorũ Sedini Anno 1570. sanctè composita & in Pacificatione Brems-
broensi iterata certum talia discutiendi terminandiq; ordinem modumq; con-
stituissent,

stituissent, quidquid his conveniens Residens Regius aliquoties obtulit, saltem ne per talia fœderis actibus remora injiceretur, postulavit. Cum verò hoc per æquitatem utilitatemq; desiderij obtinere non posset, ad respondendum ijs, quæ objicerentur, promptus fuit: non exspectans modò sed exigens exprimi. Manifestè autem apparuit inter eos tractatus non adesse, sed quæri adhuc ea gravamina. Nam quando Residens cum suâ tum in id assumpta Legati Electoralis Brandenburgici opera urgeret expositionem gravaminum, responsum tulit conquirenda prius, quæ concernerent vectigalia, nec tam citò posse consignari. Adeò non erant in promptu, nec certa, quæ tam profusè ad ravim usq; inclamabantur. Satis certo indicio, Danos præteritas querelas sine certo fundamento proposuisse, præsentes verecundari accusationum strepitus, quam fidem lucemq; veri malle. Tandem deprompta responsionibus veritatis æquitatisq; robore munitis refutavit, ut quisquis sine affectu recto judicio trutinaverit, non accusandi justam rationem, longè minus belli inferendi justitiam reperiat. Sufficit lectorem remittere ad ipsa, uti sunt adjuncta. In Danicis scriptis congesta, primò præter narrationem nudam nihil ex documentis veritatis continent. Nec quid in his verisimile est, si rigorem Danicum in observandis extorquendisq; vectigalibus orbi notum consideraveris. Quis credet, si quid fraudis unquam deprehensum, id in re præsenti statim non fuisse admonitum, correctum & coercitum, cum talia de ijs etiam perperam fierent, quæ pactis consona erant, & ubi vel levissimus prætextus contorqueri posset, in Svecos rigidis processibus ageretur. Deinde quod accusatur delictum est navitarum atq; mercatorum, quorum mos arte quâvis sua lucra quærere. Suo tamen etiam periculo. Non est Regum illa eluere, sed in fraudatorem saltem actio est, per mundi consvetudinem loco vectigalium astricta, ex quo elapsi alibi impunes habentur. Ut nunquam Rex Daniæ velit pro suorum circa aliena vectigalia fraudibus obnoxius esse, ita nullâ æquitate accusat Sveciam, si quid fortè à Sveco alibi admissum sit. Dicunt porrò apud Residentem Svecicum se de talibus conquestos sæpius, at frustrà. De illo iste nihil fatetur, præter quasdam importunas & iniquas exprobrationes. Hoc verò non mirum, cum sine fide, jure & ratione quererentur. Qui potuit locus desiderijs relinqui, ubi erant pactis non consona, veritate destituta?

Duo præprimis arguuntur, primum in certificationibus, quod integræ ex urbibus, ubi per Magistratum consignantur, non pervenerint ad vectigalarios Danicos, sed in chartis blancis sigillo illarum firmatis, per ministros Svecicos scriptæ vel suppletæ, aliquæ in peregrinis locis compositæ fuerint.

Satis verò Danis demonſtratum eſt, manibusq; tangendum, per varias & mu-
tabiles mercimonii occaſiones & circumſtantias, præſertim cum mercatores
merces ex longè disſitis locis veniunt aut mittuntur naves, quibus vehunt
imo & ipſa, quæ afferuntur per inſtitutores ex generali mandato coempta,
loco patrio ſciri non poſſe, ideò certificationibus inde in deſtinata, ſed ſæ
aliter cadentia mercimonia peti & adduci ſolitis inſeri impoſſibile, aliterq; -
eri non poſſe, quam ut aliunde appellentes demonſtrata advectorum conditi-
ne, coràm Reſidente Svecico iſta profiterentur & pro deprehenſa veritate i-
ſcriberentur. Quod à pueris, fœminis aut aliis peregrinis unquam aut etia
à Miniſtris illius ſine ſcitu & juſſu ſpeciali factum eſſe, per calumnias public-
norum ſine ullo fido veritatis argumento traducitur. Quia idem longo te-
pore obſervatum, nihil anteà ea de cauſa deſideratum, nec fraus unquam -
perta, quidquam de eo in pactis aliter non definitum, his nihil in eo contra-
um, imò potius artic. 9. Brembsbroenſium pactorum conveniens, non eſt e
eo juſta conquerendi cauſa. Proviſum dudum fuit per Sereniſſ. Reginam Ch-
ſtinam, ne ex eo quid fraudis ſurreperet. Voluit quippe omnes certificat-
nes mitti ad Reſidentem in Daniâ exiſtentem, ab ipſo ut ſingula rectè fiant c-
rari, poſt examen eorum in Camera vectigalium tradi, cujus rei integritat
tam Reſidenti quàm ſubditis civitatibus injunxit. (24.) Ex eo tempore n
unquam fraudis quisquam convictus aut manifeſtus fuit. Qui attendet præ
illam providentiam publicanis Danicis per rigoroſa examina & diſpectio
inveſtigandi ſvetum morem non poſſibile putabit fraudi locum fuiſſe.

Alterum collocant in iis, quæ ex pactis Chriſtianopolitanis cum Un
Belgio Anno 1645. initis circa exhibitiones Schedularum obſervari debe.
At nihil ex iis pertinet ad Sveciæ ſubditos, quorum navigationibus & mer-
moniis per alia pacta plenius fuit proſpectum; iis verò, quod de Belgicis -
vibus atq; mercatoribus cautum non conveniens, imò adverſum, per quæ pr-
ter certificationes nihil exhibendum erat. Injurioſa itaq; erat aliorum exac
& quidem antea inſolitorum, de quibus inter Septentrionalia Regna nihil, ii
aliud pactis expreſſis conſtitutum. Quod talibus cum magno præjudicio co-
junctis Reſidens Regius noluit aſſentiri, contradixit, reſtitit, accuſatur iniq.
Jure enim fecit, quia poſtulabatur ſine jure, contra pacta, ſine poteſtate ta
introducendi. Oblocutus eſt inter tractatus ſe conſcio & permittente nunc
quid in favorem exterorum aut detrimentum vectigalis Danici factum, n
aut tunc quid pro fide contra prolatum nec jam Danica ſcripta probant. S-
tem exprimunt, quàm ægrè ferant in Svecicas naves & merces per patienti

miniſtrorum

istrorum non licuisse grassari, assertamq; libertatem Svecicis commerciis
orem & incrementa queis invidetur servasse.

Damna ex imminutis vectigalibus falsò Svecis objiciuntur, in quos nul-
ista exigendi jus est, nec unquam fuit. Ideò & sub notoriâ immunitate
a defraudatio. Si quid fraudis evenerit, aliorum ea fuit, qui ista debue-
t, quibuscum collusisse Svecos eò minùs verisimile, quanto minus lucri plus
iculi accedit. Incongruum planè argumentum ducitur ex comparatione
nmerciorum in Livonicis civitatibus pro tempore, cum immodicis exa-
onibus onerarentur & nunc, post recuperatam libertatem. Ista verè in lu-
n protrudit, quanta ex Danicis vectigalibus & vexationibus commercandi
rint impedimenta, quibus sublatis mirum non est refloruisse commercia
navigationes, à quibus antea per illas afflictiones abstinendum fuit. Ab
liberatæ naves proprias parare, extorta olim à Danis in merces convertere,
ra certiora, quæ per vexationes, remoras & processus excludebantur spera-
& assequi potuerunt.

Omnis verò ea de gravaminibus querela proficiscitur hinc primo, quod
ordet animos, hodie tantos non esse amplius freti Oresundici reditus tan-
mque in his augendis onerandisque commerciis licentiam, postquam Sve-
a antiquam libertatem asseruit, Belgæ exactionum asperitatem per arma &
cta ad sextam ferè partem detritum iverunt. In quo per istam Danis nihil
emptum aut imminutum, cum ab antiquo ejus fuerit possessio, nec ad exigen-
am his jus aut consuetudo justa: Ex hoc verò totum, quod ita vocatur dam-
um, verè autem non, sed improbi lucri cessatio habetur. Deinde Danicæ
uerelæ fons est in errore injusti præsuppositi, quasi in illo freto esset in Sveciæ
aves atque mercatores juris quidquam, quod nullum est. Dudum illa orbi
emonstravit & nuperis armis evicit, post quæ in pacta plenius redactum est,
ihil dominii, jurisdictionis, visitationis, impositionis & exactionis esse in illo
eto, velut in mari libero, Regi Daniæ in id, quod Svecicæ gentis est. Gene-
alis in novissimæ pacis articulis constitutio atque confirmatio ejus libertatis
ontinetur, nullis restricta exceptionibus, plenissimis sancita formulis; saltem
um alii populi ex sua libertate quidquam concesserint, ut qui quæve eorum &
uæque Svecorum essent, discriminari liceret, unicè hoc indultum, ut certifi-
ationes juxta definitum modum in Camera telonii Danici super iis, quæ sua
Sveci dicerent, exhiberentur. De cœtero integra & in nullo imminuta sine
omni onere relicta immunitas, adeò contra eam jus nullum Danis competit.
Quidquid itaque ultra hæc exigitur vel imponitur injustum est & malè, cum

non

non admittitur, gravaminis nomine insignitur. Est verò Sveciæ justior longè querela de pluribus ad infringendum & imminuendum ea libertatis jura contra pacta insidiosè intentatis.

Primo post Pacta Brembsbroensia anno statim cæperunt istæ insi lia quod Svecicæ naves visitationibus, à quibus ex pacificationis tenore liberæ esse debebant, subderentur, arte hâc subdolâ, quod promptè certificatione acceptâ, veluti ex singulari Svecorum respectu, postulatio literarum conductus præveniebatur, cum iis visitator ad navim Svecicam aut quæ merces Svecicas contineret, properabat & postquam obtulerat, interim sub prætextu structuram conspiciendi vel alio, præsertim si quid peregrinæ mercis inesset, cuncta navis rimando perscrutabatur. Inde arrepta occasio quædam ex repertis in dubium vocandi, levissimis argutiis suspecta faciendi, inquisitionibus aliisque processibus, à quibus per legem pacis nominatim liberatæ erant subjiciendi, interea navem cum magno incommodo detinendi & divexandi.

Deinde arrogatum est examen certificationum & si vel minimum quota deficeret vectigal exactum, non attento, quod istæ per pacta fidei Magistratuum cujusque loci relictæ ab ista inquisitione exemptæ, nec ex levi statim defectu, cum aliter veritas constare posset, onerandæ essent. Porrò ex Lusitania vel aliis longè dissitis oris reversis navibus, si statim non adessent in freto certificationes, quas illuc mitti & exspectare voluerant, sed itineris felicitate prævenerant, haud permittebatur illarum exspectatio & donec afferentur innoxia in communi loco commoratio, sed indictum 24. horarum spacium, & si intra hoc non exhiberentur, spretis dilationis usque ad postæ ordinariæ adventum precibus sub comminatione abductionis in portum Haffniensem vectigal exigebatur, cum tamen nullis pactis ad tempus certum astricta esset exhibitio, in libero mari & littore usurparetur, quod nemini non licitum esse debebat. Si in navibus reperirentur alia ac quæ Svecorum essent, sub illo obtentu quidquid & in iis horum erat, contra legem pactorum visitationi in pactis generatim interdictæ fiebat obnoxium, addito duplici ingenti incommodo, tum quod examen post omnem aliarum navium visitationem differretur, interim navi à destinato itinere diu impeditâ, tum quod collatio rationum mandaretur aliquibus civibus sub onere & sumptu, quem Schreib- und Vthrekings-geld vocant, ipso vectigali aliquando majore. Cum hæc machinationibus non sufficerent Anno 1649. per conclusum cum uniti Belgii Ordinibus redemptionis, ut vocant, tractatum, quo vectigal velut conductum ab iis erat, longè graviora per Danos contra pacta causabantur. Ut jam taceamus,

n multa & magna inde libertati maris Balthici & antiquis Regnorum Se-
ntrionalium Regalibus præjudicia exercebantur, per pactum Redempto-
n Seciæ per obliquum intendebatur ejus vectigalis & moleſtiæ, cujus nec
ıcc debitum unquam in ſuos conceſſerat, irrogatio, imò penè tota Brembs-
enſium pactorum abrogatio & ſuppreſſio. Sub alio nomine in Belgio,
erſo modo in freto Oreſundico naves & merces onerabantur. In illo
obtentu juris ex portu ibi adpellentibus non relinquebatur ſancita im-
nitas. In hoc alio transeuntes non ut expreſſâ pactorum verba habent,
Camerâ Danicâ exhiberentur certificationes dimiſſæ, ſed ad exhibitio-
ı coram Miniſtris Belgicis remiſſæ, ſi recuſarent vectigalium oneri ſub-
æ, detentæ & punitæ ſunt, obnoxiæ itidem redditæ illorum viſitationi-
, examinibus, moleſtiis & proceſſibus, ſi quæ merces Svecicæ Belgi-
transmitterentur navibus veluti inde deſiiſſet libertas, quidquid his in-
ctum, illæ ſuſtinere cogebantur. Duplicata inde onera, quæ nec ſim-
ia eſſe debebant. Cujus rei incommoda duabus literis Anno 1651. die
&17. Maij (25. & 26.) ſcriptis cum ſuſtollendi deſiderio Sereniſſi-
Regina expoſuit. Nolumus detinere lectorem per commemoratio-
n arreſtationum, proceſſuum, impoſitionum, etiam ubi jam fretum exceſ-
ent apprehenſionum, detentionum confiſcationum, queis ex eo tempore
es merces que Svecorum fuerunt afflictæ, quarum Dani haud ſunt ignari,
n non unâ vice ſuper iis ſit exacta juſta & pactorum melior obſervantia,
uando agnitione injuriæ ſubſecuta fuit reſtitutio, aliquoties & promiſ-
um damnorum reparatio, tum exceſſuum emendatio. Mentionem ali-
am videbis in gravaminibus Legationi Danicæ Anno 1653. Holmiæ ex-
itis, (27.) iniquitatem ab ipſa agnitam ex ipſius reſponſo die 14. Mar-
(28.) & Commiſſariorum Svecicorum replica ex die 28. Marti (29.)
elliges. Teſtantur talia cum pacta ab ipſis fruſtra & ſine fide gravamina
gantibus malè obſervata tum Svecicæ commercia premendi atque everten-
nolimina.

Poſt noviſſimam pacem cum Belgii Uniti Ordinibus de ipſis ab Oreſun-
a exactione planè liberandis quædam acta aut oblata eſſe, nulla fide dici-
. Ante iſta id agi opus non fuit, cum per illos à longis annis ea vulgata,
contra Danos publicis ſcriptis, tandem & armis propugnata ſit ſententia,
lo jure & ratione onerarium vectigal pro ſolo tranſitu ſine terræ ullo uſu
nari libero, cujus fretum pars eſt, per Danos exigi. Nec orbi ignotum, cum
n ſervitutem diutius pati nollent, Ipſos potius Sveciam, quàm Hanc ipſos ad
fœdus

fœdus pro asserenda contra Danos tantopere onerata communi libertat n-vitasse.

Progrediuntur hinc Danica scripta ad causam, quæ Regi cum supr mo Regni Danici Aulæ Præfecto Corfitz Ulefeld intercessit, paci adversum a u-entia, quod hic in Sveciæ Regno receptus, salvo conductu & favore Regio o-titus, ad postulationem Danicam nec traditus, nec ejectus. De his acta ea tempora pertinent, quibus Serenissima Regina omina Christina veciæ e-gno præfuit. Respondit cum Ipsa (30.) tum & enatus Regni Sv iæ (31.) ad literas Regis & Senatus Daniæ eo nomine perscriptas. Unde in el-ligitur, quàm causæ nollent esse participes, personam tamen inculpatam o-tectione & jure privare non possent. Et cum post eam juris & æqui dem n-strationem nihil ultra tunc desideratum sit, nulla specie ex alienis factis ac r-sus S. Regiam Majestatem armorum causa nunc desumitur. Recepisse i se-curitatem virum ex patria non legitima condemnatione sed metu adversita m exulem gentium juri non repugnat, humanitati convenit, inter Reges & o-pulos exemplis frequens, Regnorum pactis congruum fuit. Istis quippe uæ Sedini Anno 1570. pro pace Regnorum convenerant, artic. 24. (32.) sic verbotenus complacuit, ut qui ex ordine seu nobilium seu plebejorum ob ul-pam attributam in Regiam indignitatem cadent, si devitandæ indignati nis gratia ex uno in aliud regnum se conferre cogerentur, & in eo juris parti es evadere cuperent, salvo gauderent commeatu ejusq; Regis securitate, pa & protectione. Regiæ autem Majestati, cujus Imperio subjecti, secundum l-legata & probata adversus eos legitima justitiæ executione administratâ. Eo minus contra hæc apud Danos de recepto æqua est incusatio, quod ign re non possint, quoties ex Svecia profugi in Dania non recepti & benevolè h iti saltem, sed & ad officia atque dignitates admoti sint. Quomodo autem ri-us, quod in pactis continetur, Viro post Regem in Dania proximo, in us gratia & arcanis olim primo, meritis erga patriam ibidem honorato, nec tris incelebri, nondum damnato aut facinorum, quæ tam sæva mererentur, m ni-festo, contra humanitatis jura pro miseratione fortunæ negari non potuit sic alterum S. Reg. Majest. Regi & Senatui Daniæ oblatum fuit. Inde cum lle ad se defendendum præstò esset, Serenis. Regina advocavit, qui adversus i um causam agebat Petrum Juel, tunc in Aula Svecica Residentem Danicum, u u-diret defensionem, responderet & Regiam ad justa præstanda voluntatem n-telligeret. At hic velut perturbatus cum indignatione sine decora Resi n-ti modestia & Reginæ reverentia se ex Auditorio proripuit. Evenit inter æc

ab Alæ

Aulæ Magistro literariis quibusdam documentis ea, quæ aliàs objecta e-
it, statim refelli, præprimis cum argueretur in rationes magnam pecuniæ
nmam, quam tamen is, cui numerari debuerat, se non recepisse diceret, retu-
e at subtraxisse, apochâ literisque eorum, quos accipere oportuit, aliud fal-
nque accusationem edocuit. Per recusatum examen quid aliud indicatum,
àm Danos velle istum accusatum, ut non convinceretur; damnatum, ut non
diretur, nec se defenderet, ejectum & punitum, ut tamen veritas facti non
nstaret. Quæ cum divino humanoque jure non permittantur, non potuit
Majestas tali desiderio assentiri, nec Danicus Zelus justè arguere, quasi Re-
e dignitati incongruum, ut Rex adversus subditum alibi causam diceret, cum
ctis sic præscriptum, nec fas sit Regi in alieno regno ex Imperio agere & li-
t cum subdito res sit, inauditum & indefensum opprimere. Non insoli-
nnec contra dignitatem superiorum creditum est, Reges adversus profu-
s subditos in aliorum Regum territoriis jure agere, ut Historia infinitis ex-
plis docet. Quàm aliter in Svecia procedere non liceat, ex præfata pacifi-
tione Stetinensi, quæ processui modum statuit, liquet. Quando præter i-
o contra pacta adversus præsentem, qui ut reus accusabatur, seque non sine
ecie fiduciæ sistebat recusata est defensionis audientia, nec quæ allegabantur
robata, imò legitima justitiæ administratio detrectata, ea res non potuit non
ficere apud Serenifs. Reginam Regnique Senatum contra cœcas persecuti-
nes protectionis æquitatem, apud æquos arbitros innocentiæ præsumptio-
em, apud omnes viro aliàs ingenio, qualitatibus, rerum usu præstanti favorem
benevolentiam. Opinati quidem sunt Dani ex Artic. istorum pactorum
ob scriptum evulgatum ultima statim fuisse irroganda. (33.) At incon-
uæ. De probrosis codicibus loquitur ista dispositio. Non exercenda nisi
eos, qui in contumeliam infamiamque scripta famosa & quidem, si unius re-
i subditi in Regem & homines alterius conscribunt atque publicant. Præ-
rquam autem quod hic circa ista Regi cum suo præcipuo Ministro & subdi-
, Proceribus cum commembro res, ideò non ex pactis, sed jure juxta artic.
4. vindicanda erat; Scriptum non in modum famosi libelli, sed sub titulo A-
ologiæ & quidem sic exiit, ut scriptor non in Regis Regnique convitia, sed ad
iam causæque suæ defensionem & famæ conservationem edidisse videretur.
laximè cum opponeretur alii scripto, quod Rex antea ad illum inculpandum
lucem publicam typis vulgaverat. Quo cum Rex orbis judicio publica ac-
sfatione & ad id provocando eam causam commisisset, non apparuit quomo-
o famosæ obtrectationis reus esset, qui ad exemplum pari modo orbi defen-

ſionis ſuæ neceſſitatem & materiam exponere vellet, & ſi vir bonus audire i- peret, cœptum à Rege judicii publici modum ſubterfugere non poſſet. In eo quidquam ſecus ac communis Regum cauſa, ſanguinis jura, facti me ta poſcunt, admiſſum vel neglectum eſſe perperam objicitur, dum in Svecia o- latum quod judiciorum ordini & pactorum tenori conſonat, ex Danis ne e- ctum & ſpretum quod iſta poſcunt, indagini veritatis legitimæ quidquid r- pitur ſubtracto, nec pro juſtitiæ adminiſtratione, ſed ad ſatiandam irar o- mnibus intentis, à juſto tamen pactorumque obſervante Rege non ad t- tendis.

Quod Memmium Burinum Secretarium in Ducatu Bremenſi Regiur at- tinet, eum quidem Rex Daniæ improbi diſceſſus arguit, at nondum conv it. Cum in Aula Regia Holmiæ à Reſidente Danico Petro Juel compellati co nomine fieret, juſſit Sereniſſ. Regina illum ad cauſam dicendum in Svecian e- nire. Citatus velut conſcientiæ integritate fretus comparuit, comparens d- duxit cauſas, cur tali vituperio contra ſe locus non eſſet. Et cum defenſi is momenta Reſidenti eſſent communicata, Is nihil è contra protulit, ſed acq e- vit, ipſum menſâ & converſatione dignatus, ut inſontem, ſpe etiam reconc a- tionis factâ. Cum idem ante triennium ad Secretariatum Circuli Infer ris Saxoniæ, jure Directorii à Sacra Regia Majeſtate præſentaretur, præſ nte Daniæ Regis Legato, nec quidquam movente, officium adiit & præſtitit. ec tamen & Regina prætermiſit inquiſitionem, quam Regni quibusdam Sen o- ribus aliisque miniſtris commiſit, an quid ſubeſſet, cur accuſari, functione ui & plecti deberet. Nihil verò perfidiæ criminisque hoc tantum depre n- ſum, eum quidem ad munus aliquod in Cancellaria ſuſtinendum vocatum tà jam Regnante Rege ad talem functionem actu nunquam, tantum ad mag e- rium peregrinationis nobilis cujusdam adhibitum, interim dum abfuit à a- levolis traductum non ſemel dimiſſionem petiiſſe & cum nihil reſponſi ci- peret, derelictum planè, tandem poſt præſignificatam alterius conditioni u- ſcipiendæ neceſſitatem, quod divinæ vocationis inter talia non potuit no x- iſtimare, ſubiiſſe. Præter quæ cum argumenta innocentiæ ex accuſanti ſi- lentio, objectorum nulla conſtante fide, omiſſæ accuſationis præſumpti ne, accuſati veroſimilibus allegationibus accederent, virum aliàs vitæ fama ue integræ non confeſſum nec convictum damnare, aut ut damnatum mune & honoribus privare iratoque Regi tradere juſtitiæ legibus repugnavit.

Non melioribus modis atque argumentis proceſſerunt aliæ, quæ r fe- runtur, accuſationes. Ad quas adeò Juſtitiæ denegatio allegari nequit, im

nec

c petitum nec probatum quid justè. Malè Judicis pro se desiderat partes, i nondum implevit, quæ sunt accusatoris.

Porrò de studio promovendi regni eique subjectarum urbium commer- a invidiosè multa allegantur suspicax & invidum sapientia ingenium, nihil nen ad justitiam belli facientia. Ad odium nempe invidiamq; concitan- m tendunt, sed cum justis dextrisq; judiciis obvenerint, nihil in id profutu- . Pleraq; verò ex his efficta sunt, nunquam fide dignis documentis docen- , præsertim quæ de clanculariis machinationibus in æmulationem & incom- oda vicinorum effutiuntur, nunquam proferent consilia Conclusa aut instru- iones, queis contineatur, quæ de præjudiciis commerciorum prolixè at ina- ter congesserunt, Ipsi cum quibus ea acta dicunt, norunt, sapientes nunquam iter credent, quàm circa ea aut fallere, aut crudelitate nimiâ falsos esse Da- os. Eminet Danos pungens dolor, quod prudentibus consiliis Svecia hacte- us cum commerciorum communi libertati, tum intra sui Imperii limites me- ori vigori intenta fuit. Quorum illud orbis Europæi, præterquam quod Danorum in augendis iniquis vectigalibus onerandisq; navigationibus præ- aricationi obstitum, utilitati, Hoc incrementis regni & commodis Subdito- um cessit. Sine tamen cujusquam injuriâ. Cui genti non justum suis suo- umq; subditorum invigilare compendiis? In commune posita sunt commer- ia, nemini nisi industriæ addicta, libera per gentium legem relicta, ut non se- us atque ex communi mari aquam, sic ex iis sibi proficua derivare cuiq; liceat. Non est antiquis alligata moribus ea sollicitudo, sed cum temporum rerum- que mutatione etiam alia instituere fas est. Quot nova invexit viditq; ipsa- net Dania & Norwegia? Si in comparationem ibitur, quibus amplius, Svecis n Danis debeat mercimonii communis cura & promotio, majora ab his ob- tacula & detrimenta injecta, ab his remota reperientur. Quis ante triginta nnos ex . anorum cum Cæsare bello & pace Balthici maris & ad id sitarum urbium Anseaticarum status, eorum qui istud navigant, pericula fuerint, sciunt qui recordantur obsessos & occlusos tunc portus, infestatum mare, assumptos inid ab aliis dominii monstrosos titulos, inductas pro servitute classes, cogita- ta & tentata pro faciendo isto imposterum Hispanico. Quæ cum Daniæ Rex desertâ cum publicâ tum amicorum & fœderatorum causa Lubecæ pacem fa- ciens, sine emendatione aut restitution. in pristinum statum reliquisset; Sve- corum sanguine & virtute reparata eoque vicissim redacta sunt, ut durante Germanico bello nihil in commerciis maris Balthici, nisi per profecta à Danis intutum & impetitum, pace restitutâ mari, fluminibus, terris anterior vigor

per compositionem Osnabruggensem restitutus sit. Quantum oneris & impedimenti iis injecerint introducta in freto Oresundico contra fas morumq; gentium vectigalia eaque sæpius innovata, aucta, insolitis modis exacta, inturna populorum præcipuè Poloniæ & Belgii Uniti fuit querela, at per Sveciam rediit incontinentiæ istius modus & medela, sicut acta anni 1645. eque nomine à Daniæ Rege Brembsbroæ & Christianopolis inter pacificantium Sveci Belgisque promissa testantur. Hinc scilicet illæ lachrymæ, quod ber projectæ licentiæ positus sit. Tacemus alia nec operæ precium ducimus respondere ad cœtera veritate vacua, quæ eadem, qua dicuntur facilitate, negantur. Non edoctum aut docendum est in Aula Cæsarea pro consequendo titulo intentionis Investituram maris Balthici fuisse quæsitam. Credere id tam fatuum, quàm dicere absurdum, cum sine ista non modo jus, quod inde derari posset, dominii ab antiquo Regno Sveciæ longeque plenius quàm ulla investitura impetrari possit, constet atque per regna Septentrionalia Cæsari in illo nihil concedatur, sed & cum ante sex & quod excedit lustra; sibi id arrogare vellet, Gloriosissimus Sveciæ Rex restiterit armisque jus suum & libertatem istius propugnaverit. Est investituræ modus in Instrumento Pacis dictus, quem excedere nunquam in animo fuit.

Non alia fide suppressis nomine & specie scribitur de immistione Svecica in negocia inter Daniæ Regem ejusque consanguineos versantia. Tam ignorata ea sunt, uti narrantur, quàm quæ non nominata, suspectum sine dubio ex lucifugio erit, quod sic in tenebris jactatur. Si fortè sub his latet, quod de præfectura Swabstet & juribus Sereniss. Ducis Holsatiæ in Episcopatum Slesvicensem olim actum, ab iis, quæ proferuntur, multum deviat. Nec enim aut ejus aliquod arbitrium sumtum, nec arma pro ista causa oblata, nec amicabilis compositionis aut legitimæ decisionis dissuasio processit. Quin potius id unicè apud Legatos Danicos pro amicitiæ atque vicinitatis necessitudine ac. Reg. Majestas commendavit negocium, ut amicè sine ulteriori difficultate & litium amaritudine velut inter Agnatos æquis conditionibus transigeretur.

Similia sunt, quæ de destinatione invasionis in Comitatum Delmenhorsti & pro ista datis mandatis ut & de Dithmarsiæ titulo disputato sine ullo veritatis documento proferuntur. Conscientiæ scrupulus procul dubio suspicionis, suspicio ejus quod justè metuitur, exprimendi causa est, cũ non ignarus sit Daniæ Rex Bremensis ditionis in utramq; terram jurium; quomodo Delmenhorsti Comitatus ab antiquo ArchiEpiscopatus feudum est, (34.) de inrverso eo jure contra Comites Oldenburgicos actio vivit, & cum ultimus

Comitum

Comitum Delmenhosti Christianus è vivis excessit, occupationi Capitulum protestatione suiq; juris reservatione consiliariis Comitis Successoris insinuatâ contradixit; (35.) quomodo etiam Dithmarsia à majoribus suis intra seculum vi ab ArchiEpiscopatu avulsa, incolæ armis invasi & ad obsequium coacti, ArchiEpiscopi de injuria apud Cæsarem conquesti adversus vim auxilia petierint jura illorum sub- & obreptionibus Danicis interversa reservaverint, (36.) tandem licet cum ArchiEpiscopatus ad Holsatiæ Principes & inde pro domus suæ utilitate sub silentii cineres controversia perveniret, quieverit hæc aliquandiu, nondum verò sopita sit, nec aut ArchiEpiscopi aut Ordines omnes sua jura abdicaverint.

Annumerantur imputationibus literæ, quas Regius in Germania Legatus Comes Dn. Johan Oxenstierna pro eâ, quæ per Legationis officium incumbit, conservandæ pacis sollicitudine Vismariâ die 26. Febr. hujus anni ad Dominos Directores Circuli Inferioris Saxoniæ eo tempore, quo in Dania decretum jam bellum & proximè res ab hostili irruptione aberant, scripsit. (37.) Nihil continent nisi quod Instrumento Pacis consonat, & ad quod Circuli Ordines sine excitatione illâ cum per Imperij pro pacis publicæ executione publicatas & toties confirmatas constitutiones, tum ex guarantiâ in novissima pacificatione Regi Regnoq; Sveciæ promissa tenebantur. Circulos enim preprimis istæ obligant & ordinant, ut eorum providentiâ præveniatur turbis, ac contra vim propugnentur sub iis sitæ terræ. Quàm necessariæ fuerint, ex subsecutis constat, quàm salutares non modò S. Reg. Majestatis, sed & vicinis, ipsisq; in Germania Daniæ Regis terris fuissent, si ijs locus relictus esset, per damna Danica temeritate causata & adhuc imminentia percipitur. Est in consensu Ordinum Imperij ea ex ratione, quam hac in re affectibus Danicis prævalere sinent, fiducia, quod ut nemo non invasas Imperij provincias illatumq; exinde Germaniæ bellum improbabit & indignabitur, ita ad avertendam pacis publicæ violationem providè admonitum, bene factum existimaverit. Nec aliud declaratum est cum responso Dn. Directorum, (38.) tum quæ per eos & suprema Circularis militiæ officia, pro cura communis quietis sunt ad Daniæ Regem scripta (39.) & postea suscepta. Non est, ut ex eo sibi is ex Daniæ odium concitatum credat, quod nunquam tantum oriri potuit ex scripto ad providentiam boni destinato, atq; in se excitavit ex tot hominum & terrarum innocentum per præcipitata arma sua pauperie, clade, vastitate & pernicie, reus malorum, quæ seqvuntur tum suorum ausorum præcipitantiam tum defensionis necessitatem. De non servatis Imperij legibus objecta con-

cernunt aliena, nec apparet, quo jure sine mandato ob ea fiat postulatio saltem quâ temeritate: dum silent ad quos pertinent, nempe quia se ita non habent, nec aliquam querelam merentur. Nondum aboluit tempus, quid Imperii Ordinibus, imò communi libertati & securitati per bellum pacemq; Danæ Regis in Germania decesserit: quid per sangvinem & laborem Svecorum accesserit. Pax novissima declarat & ita ob oculos ponit, ut Sveciæ Regnum nil Germaniæ ejusq; Statibus ex antiquis juribus voluerit imminutum, quidquid ex his superfuit impensè restitutum, munitum & firmatum. Sinimus testari acta publica, quomodo consilia & vota in conventibus Imperij Ordinum & Deputatorum nec non & Circulorum pro pace & salute publicâ semper sollicitè sint prolata. Quod nuperis annis Circulus Inferioris Saxoniæ Luneburgi & Brunovici decrevit, nihil Rege ut Duce Bremensi reluctante aut à majoribus calculis dissentiente conclusum, imò in ultimo conventu feliciter dirigente & promovente, cum Hollsatiæ Danicæ ablegatus non parum rixarum cieret, & benè antea compositæ Circulari defensioni præfractè adversaretur, quod & novissimis Comitijs eò remissum fuit tractatum sedulò, & quantum per eum stetit, effectum est. Non auditus est hucusq; præter Danum, nec hic antea quando hostis esse voluit, qui se gravatum diceret.

Coactionem militum in Germania ad bellum Polonicum in Constitutiones Imperij impingere iniqua est objectio, dum ipse contra Imperij Constatum ejusq; provincias fecit, quod de ea, quæ in nullum Imperij præjudicium contra hostem externum fiebat, arguit, nec ipse fecit, quæ exigit. Imperitavero quia ex jure publico Imperij intra ejus limites etiam extraneis Regibus populisq; permissa & libertatis Germanicæ habita est, negata nunquam nisi manifestis Imperij hostibus, ad hancusq; diem exercita à pluribus. Labitur valde præcox censura in requisitione eorum, quæ ex lege exteris, cum legunt in Germaniâ militem, incumbunt. Quorum incongrua sit applicatio, quando S. R. g. Majest. Status membrumq; Imperij est, ad suas istum deduxit provincias, ibi sine alicujus incommodo, donec abduceretur, sustentavit, nec ultra quàm innoxium transitum communi gentium jure nemini negandum per Constitutiones Imperij etiam extero militi concedendum, rogatum à vicinis & concessum impetravit. Nihil his factum, quod non Ordinationi pacis publicæ ejusq; executionis ut & Instrumento pacis conveniens. Quod si insolentia militaris aliquantum evagata fuerit, præter intentionem mandataq; Regia factum est. Nunquam non placuit adjungi transeuntibus, qui continerent, & providere per mandata ac Præfectos militares, ut petulantiæ resisterent & punirent. In-

qum

uam Regio juſſu militum tranſitum per Regis Daniæ terras aut ad littota il-
us appulſus proceſſiſſe non conſtat nec creditur. Sine Regiâ etiam volunta-
e factum, ut ejus nulla fieret notificatio. Nec de eo antea querelæ quidquam
notum eſſe conſtat. Quanta tamen innocentia tranſitum ſit per Danicas ter-
as, oſtendunt ſcripta Danica de damnis nihil allegantia, cum alias ex leviſſi-
mis nihil prætermittant. Nec refert ſic permeaſſe, ubi nihil periculi aut incom-
modi. Malignum autem de eo, quod nemini recuſandum innoxiè ſumpto que-
i. Qua poteſtate Dani non factam inveſtituram Imperialem ſuggillent non li-
quet. Curioſitati de re ad ipſos nihil pertinenti reſpondere opus non eſt. Simi-
is eſt, quæ tangit de Bremenſi urbe ſepoſitam litem. Ridenda ſanè ob Re-
e indignam aſſentationem, nec minus indecora ob prævaricationem. Cu-
us ſtatum olim ipſe infenſo calamo, pater armis impugnavit, poſtea ſuppedi-
atis Reginæ adverſus eam inſtrumentis convinci voluit, iſti nunc ut ad perfi-
liam pactorumq; violationem ijs blandimentis ſollicitet, patrocinatur. Nec
gnotum eſt, quid ultra pro attentanda civitatis fide & conſtantia ipſius nomi-
ne actum. Non eſt, ut illa cauſa cum ipſo hic agatur, adverſus quem liberæ
habentur ædes & liquida non competentis actionis exceptio. Oſtendit ex
compoſitione S. Reg. Majeſtas, quid, cum eo tempore vires non deeſſent a-
liis medijs eam controverſiam decidendi, paci Germaniæ & incolumitati ur-
bis tribuerit. At Rex Daniæ declarat, quàm lubenter litem velit reſuſcitatam,
fidem violatam, urbemq; turbidam, ut quod jure & virtute armorum nequijt,
ijs artibus & inſidijs conſequatur.

De prædijs Ralsvvyck & Strevv in Rugia ita ſe res habet. Fuerunt olim
ea bona Epiſcopi Roſchildenſis ad cujus diæceſin ſub Papatu Inſula pertinue-
rat, at in territorio Principum Rugiæ, adeoque ſub illorum ſuperioritate ter-
ritoriali ſita & ſubdita. Poſtquam autem reformata religione conſtitutio Ger-
maniæ Religioſa ſuſpendiſſet jurisdictionem Eccleſiaſticam, curamque reli-
gionis & quæ ad iſtam ſpectabant jus Imperij Statuum feciſſet, exinde & bona
Eccleſiaſtica velut pars territorij ejus jura ſequerentur, prætacta prædia Il-
luſtr. Pomeraniæ Principes inde ſuæ poteſtatis reddita putaverunt. Quia verò
Rex Daniæ priſca Epiſcopi Roſchildenſis jura ſibi arrogans contradiceret
indeq; in controverſiam inciderent, de hac tandem Chiloniæ in Holſatia An-
no 1570. (40.) ſic tranſactum fuit, ut prædiorum proprietas, utilitas & jus
iſta alijs conferendi eſſet penes Daniæ Reges, ſuperioritas & imperium ma-
neret Ducum, ex quo velut ſita in eorum territorio jurisdictioni & oneri-
bus provincialibus ſubeſſent. Nec aut ante aut poſt illam conventionem
ſingularis

ſingularis quædam iſtorum fuit immunitas; ſed præter illa, quæ *Daniæ* Regibus relicta, par cum cœteris incolis & bonis conditio. Quamdiu ea inſula tempore Germanici belli ex pactorum occaſione atq; jure per Sveciæ Coronam tenebatur, iſta prædia à bellicis tributis relicta ſunt immunia, idq; conceſſum cultæ cum *Daniæ* Rege amicitiæ; Ex quo autem Oſnabruggenſi pacificatione Rugia Regno in feudum ceſſa eſt, nec amplius belli ſed territorij jure omnia ordinarentur, quæ alijs prædijs incumbunt onera provincialia ab ipſismet perinde ut cœteris territoriali juri & poteſtati obnoxijs præſtari æqvum, & ne duraret ultra in ſui gravamina præteritorum annorum indulgentia ab incolis non ſemel petitum fuit. Et cum nullo pacto vel fundamento privilegium conſtaret, in præjudicium jurium territorialium ac onus cœterorum provincialium intra per juſtitiæ rationem contra tenorem præfatæ transactionis poſtulatio aut proteſtatio admitti non deberet, qui poteſt denegata dici juſtitia, quæ fit nulla aut pro gravamine venditari impoſitio, ubi non fuit nec apparet exemptio?

Quæ porrò de non obſervatis libertatibus juribusq; ſubditorum Sveciæ & impoſitis oneribus immiſcentur, non alio fine adducuntur, niſi ut tentata illorum ad contumaciam & rebellionem incitamenta promptius ſuccedant. Procuratorem horum Eum conſtitutum eſſe neſcimus nec credimus. Negocium autem alienorum ſubditorum ſpontè agere inter terrarum *Dominos* nefas habetur. Poſt diſtincta quippe finibus dominia & imperia, inde cujus imperantis curam ſuis aſtrictam, ab alienis averſam, *Divina* atq; humana jura, conſenſus gentium, commune intereſſe Regum, ratio, uſus tacitaq; Societatum pacta præter Imperij Romani Conſtitutiones damnaverunt ejusmodi ſollicitationes & quæſita patrocinia. Quorum inſidias & fucos procul dubio jam intelligunt, poſtquam belli tam temerè illati incommoda, *Danorum* fallaciam & pro defenſione contra illata arma & fugitivas invaſiones ſibi aucta pericula & onera horumq; cauſam unicam Danos ſentiunt: Quorum levamen dum non niſi ex fine *Danicarum* infeſtationum velut fontis malorum ſperant, periculis acrius reſiſtendum putabunt. Non addimus, quam fallaci & inani oſtentatione per Regem *Daniæ* talia ſcripta ſunt, dum publicè conſtat propriorum ſubditorum ſub longè gravioribus oneribus & incommodis miſerabilis ſtatus, ut ferè ſine juſtitia, libertate, victus commoditate degant, paucorum ambitioni & avaritiæ ſubjecti, meliora anhelantes, ab ipſo tamen durante bello parum ſubſidij, levaminis nihil, poſt bellum non niſi quæſitum diu dominatum & ſervitutem exſpectare volentes.

Tandem

Tandem ex ijs, quæ cum Gedanensibus acta sunt, prætextus arripitur, cum tamen nihil in his sit, quod non per gentium jus factum licitè, & ipsi passi juste, quodq; Rex Daniæ arguere queat cum æquitate per arma vindicare sine publico præjudicio. Declaravit hæc Senatus Regni Svecici per literas responsorias Anno 1656. ad Senatum Regni Danici scriptas. (41.) Ad quas hic nihil in responso die 26. Aprilis sequentis anni reddito reposuit, quàm quod obstinatam repugnandi audaciam ex fide à civitate Poloniæ Regi debita excusaret, nihil addito, quomodo id ad Daniæ Regem pertinet, nec de jure, quod in hostium subditos & adhærentes, quibusq; adversus illos medijs uti fas est. Pertritum & ab omni ævo observatum gentium jus, quo subditi bellicis actionibus, quæ cum Regibus intercedunt, fiunt obnoxij, inq; eos belli jure agitur, licuit Sac. Reg. Majestati post susceptum cum Polonis armorum judicium subditam & injurijs illorum faventem civitatem armis invadere, eò magis, quod antea portio illius belli fuerat, cumq; ante inducias fortunæ socia ac Sveciæ Regno rea facta, post eas adversariorum insidijs atq; machinationibus violatas, in priorem conditionem recidere debebat, ideò æquissimè reduci poterat. At cum Sac. Reg. Majestati initium armatæ actionis ab ipsâ incipere liceret, adeoq; per jura in hostem invadi posset, eâ egit clementiâ, ut contemplatione religionis, vicinitatis & commerciorum per Residentem aliosq;, si quieti atq; saluti suæ maturè consulere vellet, propitia quævis & nullo cum præjudicio conjuncta offerri sineret, modò à bello abstineret nec ope atq; favore hostibus prodesset, sibi noceret. Postquam autem id respuit, & non modò animorum atq; consiliorum conjunctionem cum hostibus coleret, sed ludibria & hostilia auxilia in partes Svecicas & omnem favorem in Polonos converteret, non potuit non jus in hostem exerceri. Summâ tamen cum moderatione, magis ad demulcendas adq; curam incolumitatis suæ inducendas mentes, quam in perniciem civitatis cuncta intendebantur. Nec commercijs impedimenta aut præjudicia sunt illata, quæ relinquebantur à S. Reg. Maj. libera nemini interclusa cum justè prohiberi possent. Vectigal saltem pro sumptu impediendis infensis ausibus & adversus has vigilanti classi sustentandæ, necessario, idque leve & moderatum impositum fuit. Adeò non culpandum, cum ab omnibus seculis apud Reges & populos in more sit occludi penitus portus, hostiles importationes & cum ijs commercia prohiberi, navigationes navium merciumq; confiscatione puniri. Nec unquam gentes siverunt in disceptationem adduci, an in hostium subditos, urbes, portus ista justa essent. Quando S. Regia Majestas hujus juris usu seposito reliquit libera

 & secura

& secura in hostium loco sub isto vectigali commercia, non quem adeò in-
qvum sibi persvadere potuit, qui non lubenter concessam præter belli jus n-
gociandi libertatem & securitatem vili præstatione agnoscendam putaret. C-
jus & nulla erat necessitas si placeret magis pro belli jure moribusq; abstine-
tia. Non ignotum est, quomodo ab aliis olim etiam sine justo jure longè gr-
viora imposita sint. Quidquid pro hoc factum jus belli defendet, minus t-
men factum esse quam licuit, quæ fieri solent, sed nondum facta fuerunt, ost-
dunt. Nec parum circa hæc concessum amicitiæ cum vicinis eiq; nominati-
quæ cum Rege Daniæ durare credebatur. Ex quo enim intellectum arrip-
quod tamen inde non dabatur, offendiculum, omissa fuit parum inferens e-
actio abductâ classe. Præterea inter tractatus cum Dominorum uniti Belg-
Ordinum Legatis super libertate atq; securitate commerciorum Elbingæ h-
bitos & consummatos ante memoratæ civitatis inclusioni locus fuit relictu-
& ita quidem, ut ipsa in bello, pace omniq; suâ commoditate frui, ab ullo h-
minum nihil ex mercimonii cultu desiderari potuisset. (42.) Nec recusatu-
si Danus ita vellet, eadem inseri his, quæ cum ipso tum sub incude erant, pact-
Sed ut Regis Daniæ singularis fuit industria impediendi, quo renovatum cu-
Belgis fœdus ratificatione non potiretur, ita artibus suis excitavit urbem, -t
mallet temerè belli aleæ se ingerere, quam ex pactis Elbingensibus pace usu-
ac flore commerciorum gaudere. Ut porrò suâ intentione frueretur, nullâ a-
plius ante portum existente Svecicâ classe & Belgicas naves fretum Oresun-
cum ad illum, quasi obsidendum transire permisit & pactis jam ad finem p-
ductis suas accedere voluit. Quid ex eo contra pacis studium bonæq; vici-
tatis debitum actum, quid in civitate iis artibus turbatâ effecerit, eventus sa-
docuit. Ab illa antea spreta ista, & imposterum infensius tentata indignos fe-
runt oblato beneficio. Quando itaq; sub obtentu fidei, velut Poloniæ R-
debitæ, olim verò teste Historiâ non perinde servatæ, placuit hostiliter gr-
sari & debacchari, ex merito æqvum fuit, quod in hostes licitum. Et cum il-
præfractè infensos opprimere fas sit, cur premere ut resipiscerent, inter i-
proba reputabitur? Quæ pro Uno Vistulæ ostio prope istam urbem obtura-
do facta, ad urbis hostilis, si non ad sanam suæq; salutis sollicitam mentem r-
diret, incommoda, minimè autem in commerciorum perniciem, cùm per a-
ud commodior transitus futurus esset, devergere potuerant. Haud tamen -
tali admissum, quod contra bellorum svetajura moresq; esset. Mira est huj-
omni gentium jure concessæ licentiæ reprehensio, qua Reges Daniæ, quot-

bel-

bellis se immiscuerunt, semper usi sunt, & qui jam Coronam gerit, utitur adversus terras urbesq; in Germaniâ sub Imperii Romano-Germanici protectione sitas, quas non tantùm à mercimonii libertate excludit, sed spoliis & afflictionibus domi forasq; premit, amplioribus terret. Quando ante novissimas inducias Svecia cum Polonis belli gerabat, obsessis adversus urbem maribus, occupato terrâ mariq; aditu, injunctis vectigalibus multò gravioribus, nec ipse nec alii Europæ Reges & populi istam litem suam aut communem causam fecerunt, preterquam quod unus & alter pro suæ gentis libertate quædam petiit. Ubi ex jure gentium facultas ea reposita fuit, nihil ultra oppositum nedum turbarum causa aut commerciorum injustum impedimentum in eo reputatum fuit. Est sine dubio in recenti multorum memoriâ, quomodo Gloriosissimus Rex GUSTAVUS MAGNUS per publica ubiq; affixa edicta non modò cum Gedano, sed etiam aliis sub Poloniæ Regno sitis urbibus commercia prohibuerit, non reluctantibus, qui ea antea colebant, cum nec possent, quia semper eadem ut per gentium jus permissa solitaq; fecerant. Quàm aliud longè Parenti ejus Christiano IV. justum & amicitiæ congruum visum sit, ex multis documentis hausimus. Cum is in Germaniâ bellum gereret, & Cæsareo militi tunc maria aucupanti à se resisti posse diffideret, invitavit per literas die 12. Septembr. Anno 1627. scriptas (43.) Invictissimum Regem ut urbium Germaniæ ad mare Balthicum sitarum portus classe suâ observaret, vicissim adversus navigationes & commercia Gedanensium interdicta & opem sponte obtulit. Promulgavit ex die 25. Martii Anni 1628. programma omnia cum ista urbe commercia & navigationes sub pœna confiscationis navium atque mercium prohibens. (44.) Aliis porrò literis ex die 14. Maji ejusdem anni promisit, (45.) se non concessurum, ut in fluentis suæ ditionis naviget, veniat, transeat navis Dantiscum tendens, aut inde veniens, seu civitatis istius seu aliorum sit, si non per literas conductus publicanorum Svecicorum vectigal solutum doceat. Fecit porro naves & merces intra suæ potestatis limites capiendi licentiam. Quod ex belli jure pater comprobavit & ut bonus amicus atq; vicinus adjuvit, id filius belli causam fecit: quæ justa esse nequit sine ejus jure. Sed quod ipsi jus esse potest ad prohibendum, ne ex communi gentium jure urbi hostili talia inferantur? Queritur imminuta inde vectigalia sua. At nondum hoc istorum jus constat, quod ne decrescant in alios belli jus non sit; præterea ne id fieret præcautum. Relicta enim est denuò in pactum Elbingense relata commerciorum libertas. Ut effectu careret, ortum ex urbanorum pertinaciâ & Danorum corruptela, non S. Reg. Majest. Sveciæ intentione. Si quod inde

Danis

Danis foret incommodum, dijudicandum relinquitur, pro damno ſi quod ſit
exortum emendando, utrum potius arma S. Reg. Majeſtati, jura bellica exe-
centi inter ea tamen commercia libera & ſecura linquenti atq; offerenti infe-
re, an urbem intemperantem ad rationem redigere oportuiſſet. Illud jure fe-
ri non potuit in eum, qui jure ſuo utebatur. Hoc verò ad exemplum pareris
decuit adverſus eos, qui ex pacto definitam libertatem malignè ſpernebat.
Quod ſi ideò Danis belli cauſa erit, quod ex aliorū bellis ipſorum vectigalibus
aliquid detrimenti accidit, ut nullum ſine hoc maritima regna, terrę gerent, a
nunquam erit his adverſus illos ſecuritas, cum nunquam inde deerit præte-
tus. Conceſſio hujus principij erit occaſio & prætextus armorum adverſus
omnes, & velut indultum arbitrij pacis belliq; cum magno orbis Europæi
præjudicio conjunctum. Ex quo deſcendet lubitus navigationes & commer-
cia dum alij belligerant definiendi, & Regibus populisq; leges dicendi ſuamq;
libertatem belliq; jus omne auferendi & impediendi. Quæ articulus 42. ...
cis Brembsbroenſis (46.) de urbe iſta complectitur, nihil habent, quod
Daniæ Regem, ideò, quod in Polono ſubditam atq; auxiliatricem urbem jure
belli agitur, ad indignationem iuſtam moveat. Non ineſt iſti obligatio eius
ad opem aut defenſionem, nec qua Sveciam ſua armis aſſerendi prohibito.
Ejusmodi accidentales & acceſſoriæ incluſiones nunquam eam inter gentes
vim acceperunt, ut ex iis aut per actiones contra incluſos rupta fœdera, aut ex
aliis cauſis belli jura adempta ſint. Malè illuc producuntur inſerta ac ſi S. Reg.
Majeſtati adverſus hoſtes eorumq; urbes, maximè cum hoſtilitate non abſti-
nerent, bellici juris non eſſet poteſtas. Ex communi ſenſu ſic pacta ſemper
intelligenda ſunt, ſi res in eodem manſerint ſtatu. Quo mutato diſſolvitur vis
conventionis. Ne ex bello per pacem iſtam compoſito ſit erga Gedanenſes
vindicta, proviſum eſt, non ut ex aliis rationibus pace vel bello non ſit actio.
Quod ab intentione pactorum tam procul abeſt, quàm à ratione; Neq; iſta-
liam concedunt ſecuritatem, atq; quam antea ſub induciis, quæ tunc erant, ha-
buerunt, quarum finis reduxit urbem in priſtinam conditionem, ſub quâ ar-
mis petita, vectigalibus obnoxia à patientia bellica non fuit immunis. Cum e-
nim qua Sveciæ Regnum non in ſtatu perpetuæ pacis, ſed induciarum eſſet,
cum his quod habebat non potuit non deſinere. Brembsbroenſi iſto articulo
nihil ex eo eſt immutatum aut prorogatum, ut nec de eo fuit actum. Poſto
verò vel pleniorem ipſi debitam ſecuritatem, per merita tamen ſua, conſpi-
rationem cum hoſte & hoſtilia in Svecos, ea ſe privaſſet. Nec cordatus quiſ-
quam homo in Sveciam adeò iniqvus erit, ut contra belli jura mundique

onsuetudinem tantam injuriarum patientiam imponat. Aliis prohibitas es- navigationes, captas in libero mari naves aut demptas merces, vituperatur ne exemplo & fide. Perinde & quod illata talia Danis sine mentione ullius cti. Cujus non nominatio hic & alibi certum non existendi argumentum t, cum aliàs minutiæ quævis non prætereantur.

Manifestum est ex his, quàm procul à veritate & justitia absint, quæ in Danicis scriptis jactantur. Nec minus sine gratiâ & odio considerantibus ob- ium, quàm nulla per Jus Feciale Regi Daniæ justa bellum vicino, amico, con- anguinco, Religionis consorti Regi inferendi causa sit. Dum refricat ad rmorum prætextus, quæ ante novissimam pacem evenerant, per hanc com- osita erant, prodit mentis hactenus dissimulatæ præteritas meditationes, aud fidam, perpetuam, & ultra quam per vires & occasionem infringere non icuit duraturam voluisse. Quando utitur allegatione talium, quæ aut ut alie- nà non suæ vindicationis, aut sub Serenis. Reginæ Imperio acta S.Reg. Maje- tatis nunc imperantis admissi non erant, (sicut ferè omnia sunt, quæ objici- untur) ostendit, quàm opus fuerit incongrua adversus S. Regiam Majestatem corrasisse, dum quod verè justèq; improperaret, defuit. Et cum illa antehac partim diuturno silentio transmissa nec per longam annorum seriem antequã pax rumperetur vel verbo incusata, partim inter amicos actus sine ulla indigna- tionis significatione tractata sint, inter omnia duraverit benevolentiæ & bonæ vicinitatis sæpius per literas & nuncios iterata testificatio, apparet, quàm ni- hil fidæ atque synceræ ad pacem atque amicitiam colendam mentis subfuerit, sed perpetuas retentas iras, occulta hæsisse odia, hactenus non nisi ex defectu nocendi virium servatam quietem, simulata quæ referebant amicum quidquam sub eo fuco inhiatum occasioni, expetitam vindictam, insidias Sveciæ structas. His cum se potitum crederet, quando S.Reg. Majestas à Polonis & Russis po- tentissimis hostibus bellis infestaretur, amicos infidos aut sentiret aut faceret, ad fœdera contra illam lacesseretur aut lacesseret, nec sibi persuadere posset, id virium Sveciæ superesse aut certè inter alia bella inevitabiliter occupatum, quod sibi opponeretur, fregit pacem, erupit ad hostiles invasiones bellique de- nunciationem. Quæ tamen hactenus fefellit spes & opinio, nec obtinebit meliorem eventum, quàm habet rationem.

Ut sine justa causa cœpit belli cogitatio, sic sine justo modo temerè ac præcipitanter processit illatio. Per commune gentium jus ante amicabilis conciliationis tentamenta ad arma properare injustum habetur. Sed non mo- dò ista non quæsita à Danis, sed & cum amicitiæ ac vicinæ necessitudinis fir-

mamenta juxtimq; si quæ controversa essent, congrua rationum collatio d er-rentur, repudiata. Est præterea ex pactis inter Septentrionalia Regna S lini olim initis nuperà pace corroboratis, si quid inter ista in controversiam ici-derit, ne ad arma deveniatur, singularis præcautio & procedendi modus efi-nitus. (47.) Quem cum Rex Daniæ observare deberet, nec cum à Sv cis partibus ostenderetur, quàm isti gravamina, si quæ essent, committi opor ret, illæsâ bonâ fide negligere posset, nihil quod istis convenit fecit aut ad isit. Continet etiam pacificatio Germanica in Instrumento Pacis Osnabrug nsis modum proponendi & terminandi incidentes controversias, cum sever an-ctoque sub pœna fractæ pacis interdicto non inferendi ob illas arma. Et is fusq; deq; habitus est à Daniæ Rege, nihil eorum, quæ sancita sunt, facto lla-tis statim in Germaniæ viscera armis. Porrò justa cum non sint ar nisi quando necessaria, quid injustius iis erit, quæ non cæpissent, si vindictæ & non Sveciam modò, sed orbem Christianum in freto Oresundico vectigal sibi reddendi cœcæ cupiditati resisti potuisset; omittere autem licuisset, si c ser-vandæ amicitiæ fœderiq; adjungendo tractata & ad finem perducta præ icè non displicuissent, sine ratione probabili, ex fastuosis tantùm occasionu iri-umq; persuasionibus: Ubi consideraveris desideria Danica, reperies e pro-posita, quæ circcumspiciebant per impossibilia scitam abrumpendi tra tus occasionem. Regibus inaudita & indigna erant, imò absurda planè. co-pus erat amicitiæ atq; societatis corroboratio & tamen desiderabatur cta, per quæ pax, amicitia, salus & securitas Regibus, Regnis populisq; redi at & constabat, convelli. Erat sub communicatione, quomodo mare esset cu-rum & liberum, & per quæ hoc juxta pactorum tenorem Svecia servaver, id Dani vocabant gravamina. Cum amicitiæ & fiduciæ conveniret, sua si ulis servari, contendebant illi bello legitimè quæsita pace firmata Sveciæ tor-quere. Cum nulla re, nisi quod l bidini cum damno ac præjudicio, non lum Sveciæ, sed totius maris & in eo commercantium conjunctæ frenum n re-laxaretur, se offensos nedum læsos dicere possent, satisfactionem, quali vi-ctis exigitur, injungere volebant. Ubi omnia amica & fida offerebant sub obtentu assecurationis provincias modo inaudito auferre satagebant. Hæc sic exacta, quæ non nisi à debellatis exigi solent, nec nisi victa gens un tam concederet, argumentum sunt certum nullius pacis studii, diu destinati p ta-libus belli.


Non melioribus autem quàm cœptum artibus gestum est bellum. ujus initium ex invasione terrarum Imperii Romano Germanici adeoq; viola one

cis,

is quæ tam multo ſanguine, tam longis & difficillimis laboribus, poſt cru-
asclades, inter myriadas pro ea precũ & ſuſpiriorum, tandem reparata fuit.
qua annon ruptæ pacis publicæ & quam hæc meretur pœnarum ſeveritatis
is ſit, ex Imperii Conſtitutionum tum recentis pacificationis tenore judi-
ndum relinquimus. Poſt illud inter præcipua ſtudia fuit excitare fidos aliàs
oditos ad perfidiam atque rebellionem, invitare crudeliſſimos & barbaros
ſtes ad Chriſtianorum oppreſſionem, pravis ſuggeſtionibus amicos faſci-
re, Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ ex Evangelicis colligitur, tranquillitatem per-
bare, & cum ex Regum Regnorumque Septentrionalium concordiâ opem
patrocinium ſperet, omnem ſpem & ſolatium intervertere. Quæ ex illo bello
cumenta & pericula non tantùm ipſi terrisq; ipſius (quæ ſibi accepta feret
æ fortunæ faber, nec commiſeratione in voluntario autore digna) ſed vici-
s & communi ferè orbis Arctoi ſecuritati & tranquillitati nec non Evangeli-
Religioni addictorum ſaluti evenerint & impendent, nemo jam non videt,
ulti acerbè ſentiunt, ſine ſpe tamen ab ipſo ſolatii atque adjumenti.

Inter tot injuſta & deteſtanda belli Danici non poteſt de juſtitia defenſio-
s Regiæ ſupereſſe dubium: Id verò non apparebit, quâ conſcientiâ & pietate
ter ea toties Numen teſtis & judex Danicis Scriptis invocetur. Sinimus
Danos experiri Divini non inſtar hominum corruptis narrationibus fallendi
dicii ſeveritatem, certâ ſpe freti DEUM, Orbem & Enſem, cui committitur
æc Regum controverſia, in juſtiora fore propitium & faventem. Largiter
ffuſa convitia per agniti dedecoris exemplum admoniti non refundimus, ſed
ernimus, fortibus armis quàm linguâ & pennâ retorſionem rectius fieri pu-
antes.

*Iuſtus IEHOVA Iudex & Vindex largitione felicium ſucceſſuum tam ad-
eſto juſtis armis, quàm defenſionis favori applaudit Con-
ſcientia, Fiducia, Iuſtitia, Gloria.*



1. Pax Pax polono-svecica Olivæ d. 3 Maja 1660
2 Pax Germano-svecica Monasterii Westphalor. d. 24 Jan. 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652



